



S. Albanus morum innocentia & uitæ integritate cōspicuus initio Philippis in Macedonia Christum docuit. cum autem Arriani ihs in partibus præualeret, unam cū Theonesto eius loci Episcopo urbe electus est. ipse itaq; Danubium ascendens per magnam Germaniam ad Rhenum usq; profectus, Mogutiæ substitut. Erat Christi doctrina iam antea quoq; ihs in locis proposita, & Ecclesia quædam à Materno & Crescente Apostolorū discipulis planata. Verum diuturna Cæsarū persecutione, & Barbarorum multiplici irruptione paulatim Ecclesia dissipata, & pij sublati fuerūt, reducta antiqua gentilium superstitione. Itaq; S. Albanus pro sua eruditione de novo quasi Euangelium prædicare, & uerbi Dei salutiferum semen spargere coepit: idq; nō sine maximo incolarum eius loci fructu. Cum autem officio suo strenue fungeretur, ab ingratissimis eius loci præfectis captus, & quoniā in fide cognita constanter perseueraret, martyrizatus fuit, anno post Christum natum quadrängentesimo uicesimo quinto. Sigebert. Hist. Eccles. Magdeburg. Cent. 5.